Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765644-p0001-6

EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.
VITEBERG.

VI – 1

SIGNAT. cIↄIↄCCCXIII.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765644-p0002-1

160

ODE LUGUBRIS

QVA

VIRI

SVMME REVERENDI MAGNIFICI

EXCELLENTISSIMI

DOMINI

CASPARIS LOESCHERI,

SS· THEOL· DOCTORIS EIVSDEMQVE VITEMB PROF· PVBL· PRIMARII SACRI SENATVS ORDINIS THEOLOGORVM TOTIVSQVE ACADEMIAE SENIORIS, NEC NON AEDIS PAROCHIALIS PASTORIS PRIMARII ET PER CIRCVLVM ELECTORALEM SVPERINTENDENTIS GENERALIS,

GRAVISSIMI CELEBERRIMI

PATRONI ET PRAECEPTORIS POST CINERES

PIE COLENDI

SOLENNIBVS EXEQVIIS

D· XIX ANTE KAL· SEPTEMBR· A· O· R· cIↄ Iↄ cc xviii

FACTIS

MOESTVS ACCINERE

EX OBSERVANTIA DEBVI

INCLVTAE FAMILIAE

DEVOTISSIMVS CLIENS

M. DANIEL BERTHOLD,

ROCHLITIO-MISNICVS

VITEMBERGAE EX OFFICINA SAMVELIS CREVSIGII

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765644-p0003-7

QValis Iacobi relligioſior
Quondam propago tergemi-
nis ſuos
Per poſteros late coruſcum
Emicuiſſe ſonat coronis;

Non quas frequentum cura Quiritium,
Vel dedicatis denſa clientibus
Caterua uictrici corymbo,
Floribus, aut iterare ariſtis,

Aut carioris pondere plurimo
Norit metalli fundere; ſed quibus
Legisque, Regalisque iuris
Sacriferique (magis decoro

Splendore gentis) ſola Dei potens
Illam coronis iuſſerit indui,
Cinctamque ſeruarit uoluntas,
Conſiliis metuenda iniquis:

Sic ſeu refulſit non ſine Numine
LOESCHERVS, imis et medioximis

Loeschervs et magnis Verendus,
Seu ſuperûm pia pars refulget.

Legis coronam nobile ſinciput
Ornaſſe gemmis fulgidius magis,
Vno ore non unae fatentur,
Queis pia ſacra dedit, cathedrae.

Multis, Sacerdos Foedere poſtero,
Clarus coronis, ipſe fuit decus
Ornatui ſacraeque genti,
Ipſe corona ſuis coronis.

Atque haec ſacrorum ſiue Academiae,
Aediſue Diuae, ſeu Moderaminis
Conſortiorum exeſt corona!
Occidit ille ſenex Verendus,

Loeschervs! O qua rumor eburneis
Hinc indeque urbes praeuehitur rotis,
Auditis? Albanae corona
Concidit, ille ſenex Verendus,

Loeschervs! O quae triſte gementium
Lamenta, queſtusque et gemitus retro!
Loescheridvm fauſtis beandum
Omnibus omne genus gemiſcit:

Gentis coronam, quod cecidit, ſuae
Plorat, gemiſcens: occidit, occidit,
Heu! noſter, eheu! noſter olim
Hinc Pater, inde Socerque Auusque!

Noſtrae Sionis conſcia flebilis
Caementa damni, conduplicant pios,
Quos lugubri de corde planctus
Pro meritis Pietas refundit.

Qua puriores relligio tenet
Sedes et aras, lugubre concinet:
Cum pluribus, quae conciderunt,
Heu ! cadit illa corona noſtra !

Sic ille uero nunc melioribus
Coeli coronis Theîologus micat,
Splendet Sacerdos, Rex refulget,
Corpore cum ſocio nitebit.

Hic uiliorem fama ſacro dicat
Cippo coronam, perpetuis notis
Inſcribit iſti: Queis reluxit,
Ipſe corona fuit coronis.

Dignas celebri ſtirpe propagines,
Virtute claras et meritis Deus
Loescheridas ſeruet coronas,
Sollicitabo cliens precatu.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765644-p0006-3

Ung. VI 1

=[Occasionalia Vol. 2.
=Funeralia K–R.]

X 2855981

WB

WB 18

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765644-p0007-9

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765644-p0008-5

ODE LUGUBRIS

QVA

VIRI

SVMME REVERENDI MAGNIFICI

EXCELLENTISSIMI

DOMINI

CASPARIS LOESCHERI,

SS· THEOL· DOCTORIS EIVSDEMQVE VITEMB
PROF· PVBL· PRIMARII SACRI SENATVS ORDINIS THEOLO
GORVM TOTIVSQVE ACADEMIAE SENIORIS, NEC NON AEDIS
PAROCHIALIS PASTORIS PRIMARII ET PER CIRCVLVM
ELECTORALEM SVPERINTENDENTIS GENERALIS,
GRAVISSIMI CELEBERRIMI
PATRONI ET PRAECEPTORIS POST CINERES
PIE COLENDI

SOLENNIBVS EXEQVIIS

D· XIX ANTE KAL· SEPTEMBR· A· O· R· CIↃ IↃ CC XVIII

FACTIS

MOESTVS ACCINERE

EX OBSERVANTIA DEBVI

INCLVTAE FAMILIAE

DEVOTISSIMVS CLIENS

M. DANIEL BERTHOLD,

ROCHLITIO-MISNICVS

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-765644-p0009-4